144


Antiphonæ dicendæ in Sabbatis



SABBATO ANTE DOM. IV. AUGUSTI.

V. Vespertina oratio ascendat ad te Domine.
B. Et descendat super nos misericordia tua.

Ad Magnificat Antiphona.




SABBATO ANTE DOM. V. AUGUSTI.

Ad Magnificat Antiphona.




SABBATO ANTE DOM. I. SEPTEMBRIS.

Ad Magnificat Antiphona.




post Pentecosten usque ad Adventum.

145




SABBATO ANTE DOM. II. SEPTEMBRIS.

Ad Magnificat Antiphona.




SABBATO ANTE DOM. III. SEPTEMBRIS.

Ad Magnificat Antiphona.



SABBATO ANTE DOM. IV. SEPTEMBRIS.

Ad Magnificat Antiphona.





SABBATO ANTE DOM. V. SEPTEMBRIS.

V. Vespertina oratio ascendat ad te, Domine.
R. Et descendat super nos misericordia tua.

Ad Magnificat Antiphona.



SABBATO ANTE DOM. I. OCTOBRIS.

Ad Magnificat Antiphona.



SABBATO ANTE DOM. II. OCTOBRIS.

Ad Magnificat Antiphona.



post Pentecosten usque ad Adventum.

*Si Dominicæ post Pentecosten fuerint plures 24, tunc post
23. dicuntur Sabbatis orationes Dominicanarum quæ eo Anno su -
perfuerint post Epiphaniam.*


SABBATO ANTE DOM. III. OCTOBRIS.

Ad Magnificat Antiphona.



SABBATO ANTE DOM. IV. OCTOBRIS.


Ad Magnificat Antiphona.




SABBATO ANTE DOM. V. OCTOBRIS.

Nisi sit dimittenda, quia hæc proximior sit Kalendis Novembris.

Ad Magnificat Antiphona.





SABBATO ANTE DOM. I. NOVEMBRIS.

V. Vespertina oratio ascendat ad te Domine.
R. Et descendat super nos misericordia tua.

Ad Magnificat Antiphona.

Vidi Dominum se-dentem su-per so-li-um ex-celsum, et ple-
na e - rat omnis ter - ra majesta - te e - jus, et e - - a,
quæ sub i-pso e - - rant replebant templum. e u ou a e. 1.

SABBATO ANTE DOM. II. NOVEMBRIS.

Ad Magnificat Antiphona.

Aspi - ce, Do - - mi-ne, qui - a fa - cta est de-so - la - ta
ci-vitas ple-na di - vi - ti-is; se - det in tri - sti - ti-a
Do-mi-na gen-tium; non est, qui console-tur e - am, ni-si
tu, De - us noster. e u ou a e. 1.

Si November habeat tantum quatuor Dominicæ, tunc Sabbato ante Dominicam II. ad Magnificat dicitur Ant. Muro tuo. et duobus sequentibus Sabbatis dicantur sequentes Antiphonæ.

SABBATO ANTE DOM. III. NOVEMBRIS.

Ad Magnificat Antiphona.

Mu-ro tu - - o in-expugnabi - li circumcinge nos, Do-
mine, et armis tu - æ poten - tiæ pro - te - ge nos semper.
e u ou a e. 1.

SABBATO ANTE DOM. IV. NOVEMBRIS.

Ad Magnificat Antiphona.

Qui cœlorum con-ti-nes thronum et a - byssos in-tu - - e - ris,
Domi - ne, Rex regum, montes ponderas, terram pal - mo con-
cludis: ex - au - di nos, Do - mi - ne, in ge - mi - - tibus nostris.
e u ou a e. 1.

SABBATO ANTE DOM. V. NOVEMBRIS.

Ad Magnificat Antiphona.

Su-per muros tu-os, Je - ru-sa-lem, con - sti-tu - i cu-sto-des:
to - ta di - e et nocte non ta - cebunt laudare nomen Domini.
e u ou a e. 1.

ANTIPHONÆ ET ORATIONES
IN DOMINICIS,

per ordinem dispositæ, a III. post Pentecosten usque ad Adventum.

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.

V. Dirigatur, Domine, oratio mea.

R. Sicut incensum in conspectu tuo.

Ad Magnificat Antiphona.

ORATIO.

Protector in te sperantium, Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam; ut te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna. Per Dominum.

DOMINICA IV. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.

ORATIO.

Dea nobis, quæsumus, Domine: ut et mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur; et Ecclesia tua tranquilla devo-tione lætetur. Per Dominum.

DOMINICA V. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.

ORATIO.

Deus, qui diligentibus te bona invisibilia præparasti; infunde cordibus nostris tui amoris affectum; ut te in omnibus, et super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne desiderium superant, consequamur. Per Dominum.

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.

ORATIO.

Deus virtutum, cuius est totum quod est optimum: insere pectoribus nostris amorem tui nominis, et præsta in nobis religionis augmentum; ut quæ sunt bona, nutrias, ac pietatis studio, quæ sunt nutrita, custodias. Per Dominum.

Antiphonæ dicendæ in Dominicis

DOMINICA VII. POST PENTECOSTEN.

V. Dirigatur, Domine, oratio mea.
B. Sicut incensum in conspectu tuo.

Ad Magnificat Antiphona.

Non po-test arbor bo-na fructus ma-los fa-ce-re, nec ar-bor
ma-la fructus bo-nos fa-ce-re; o-mnis arbor, quæ non facit
fructum bonum, ex-ci-detur, et in i-gnem mit-te-tur,
al-le-lu-ja. e u o u a e. 1.

ORATIO.

D Eus, cuius providentia in sui dispositione non fallitur, te supplices exoramus: ut innoxia cuncta submoveas; et omnia nobis profutura concedas. Per Dominum.

DOMINICA VIII. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.

Quid fa--ci-am, qui-a Dominus me-us au-fert a me vi-li-ca-ti-o-nem? fo-de-re non va--le-o, mendi-ca-re e-ru-besco: sci-o quid fa--ci-am, ut cum amotus fu-e-ro a vil-li-ca-ti-o-ne, re-ci-pi-ant me in do-mos su-as.
e u o u a e. 4.

ORATIO.

L Argire nobis, quæsumus, Domine, semper spiritum cogitandi quæ recta sunt, propitius et agendi: ut qui sine te esse non possumus; secundum te vivere valeamus. Per Dom.

DOMINICA IX. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.

Scriptum est e-nim: Qui-a do-mus me-a, do-mus o-ra-ti-o-nis est cunctis gen-ti-bus: vos au-tem fe-ci-stis
il-lam speluncam la-tronum: et e---rat quo-ti-di-e
do--cens in templo. e u o u a e. 8.

ORATIO.

P Ateant aures misericordiæ tuæ, Domine, precibus suppli-cantium: et ut potentibus desiderata concedas; fac eos quæ tibi sunt placita postulare. Per Dominum.

DOMINICA X. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.

De-scen-dit hic ju-sti-fi-ca-tus in do-mum su-am ab
il-lo: qui-a o-mnis, qui se ex-al-tat, hu-mi-li-a-bitur;
et qui se hu-mi-li-at, ex-al-ta-bitur. e u o u a e. 8.

Vesp. Monast.

ORATIO.


Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas: multiplica super nos misericordiam tuam; ut ad tua promissa currentes, cœlestium bonorum facias esse consortes. Per Dominum.

DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN.

V. Dirigatur, Domine, oratio mea.

B. Sicut incensum in conspectu tuo.

Ad Magnificat Antiphona.



ORATIO.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuæ, et merita supplicum excedis et vota: effunde super nos misericordiam tuam; ut dimittas, quæ conscientia metuit, et adjicias, quod oratio non præsumit. Per Dominum.

DOMINICA XII. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.



ORATIO.

O Mnipotens et misericors Deus, de cuius munere venit, ut tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter serviatur: tribue, quæsumus, nobis; ut ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per Dominum.

DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.




ORATIO.

O Mnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei et charitatis augmentum: et ut mereamur assequi quod promittis; fac nos amare, quod præcipis. Per Dominum.

DOMINICA XIV. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.



ORATIO.

Custodi, Domine, quæsumus, Ecclesiam tuam propitiatione perpetua: et quia sine te labitur humana mortalitas; suis semper auxiliis, et abstrahatur a noxiis, et ad salutaria dirigatur. Per Dominum.

Antiphonæ dicendæ in Dominicis

DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

V. Dirigatur, Domine, oratio mea.
B. Sicut incensum in conspectu tuo.

Ad Magnificat Antiphona.

Prophe-ta magnus sur-re-xit in no - bis, et qui-a De - us
vi - si - ta-vit ple-bem su-am. e u o u a e. 4.

ORATIO.

Eccl esiam tuam; Domine, miseratio continua mundet et
muniat: et quia sine te non potest salva subsistere; tuo
semper munere gubernetur. Per Dominum.

DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.

Cum vocatus fu-er-is ad nuptias, recumbe in no - vis - simo
lo-co; ut dicat ti-bi, qui te in-vi - ta-vit: A - mi-ce, ascende
su - pe - ri-us: et e-rit ti-bi glo - - ri - a coram simul dis-
cumbenti-bus, al - le-lu-ja. e u o u a e. 7.

ORATIO.

Tua nos, quæsumus, Domine: gratia semper et præveniat et
sequatur; ac bonis operibus jugiter præstet esse intentos.
Per Dominum.

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.

Quid vo - bis vi - de-tur de Christo? cu-jus fi - li - us est?

Dicunt e - i omnes: Da - - - vid. Dicit e - is Je - sus:
Quo-modo Da - vid in spi-ri-tu vocat eum Dominum,
dicens: Di - xit Dominus Do-mi-no me-o, se-de a dextris
me-is. e u o u a e. 4.

ORATIO.

Da, quæsumus, Domine, populo tuo: diabolica vitare conta-
gia; et te solum Deum pura mente sectari. Per Dom.

DOMINICA XVIII. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.

Tulit er - go pa-ra-ly-ti-cus lectum suum, in quo ja-cebat,
ma-gni - - fi-cans Deum: et omnis plebs, ut vi - dit, de - dit
lau-dem Deo. e u o u a e. 4.

ORATIO.

Irigat corda nostra, quæsumus, Domine: tuæ miserationis
operatio; quia tibi sine te placere non possumus. Per Do-
minum.

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.


In-travit au-tem Rex, ut vi-deret dis-cumbentes: et vidi i-bi
ho - minem non ve-sti-tum ve-ste nu-pti - a - li, et a - it il - li:

post Pentecosten usque ad Adventum.

159

158

Antiphonæ dicendæ in Dominicis



ORATIO.

OMnipotens et misericors Deus, universa nobis adversantia propitiatus exclude: ut mente et corpore pariter expediti; quæ tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per Dominum.

DOMINICA XX. POST PENTECOSTEN.

V. Dirigatur, Domine, oratio mea.
B. Sicut incensum in conspectu tuo.

Ad Magnificat Antiphona.





ORATIO.

LArgire, quæsumus, Domine, fidelibus tuis indulgentiam placentem et pacem: ut pariter ab omnibus mundentur offensis; et secura tibi mente deserviant. Per Dominum.

DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.



ORATIO.

Familiam tuam, quæsumus, Domine, continua pietate custodi: ut a cunctis adversitatibus te protegente, sit libera; et in bonis actibus tuo nomini sit devota. Per Dominum.

DOMINICA XXII. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.




ORATIO.

Deus, refugium nostrum et virtus: adesto piis Ecclesiæ tuae precibus, auctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum.

Si sequens Dominica fuerit ultima post Pentecosten, ejus loco ponitur 24. ut infra: et Officium hujus Dominicæ ponitur in Sabbato præcedenti, non impedito Festo 12 Lectionum: alioquin Feria vi. vel alia similiter non impedita.

DOMINICA XXIII. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.



ORATIO.

Absolve, quæsunus, Domine, tuorum delicta populorum: ut a peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus; tua benignitate liberemur. Per Dominum.

Dominicæ post Pentecosten non possunt esse pauciores 23, neque plures 28.

Si fuerint plures 24, tunc post 23. Dominicam resumuntur, quæ eo Anno superfuerint post Epiphaniam quoad Orationes et Antiphonas ad Magnificat, hoc ordine:

Si Dominicæ post Pentecosten fuerint 25, Dominicæ 24. post Pentecosten erit, quæ est 6. post Epiphaniam. Si fuerint 26, Dominicæ 24. erit quæ est 5. post Epiphaniam, et 25. quæ est 6. post Epiph. Si fuerint 27, Dominicæ 24. erit, quæ est 4. post Epiph., 25. erit 5. et 26. erit 6. post Epiph. Si fuerint 28, Dominicæ 24. erit quæ est 3. post Epiph., 25. erit 4., 26. 27. erit 5. et 27. erit 6. Et ultimo loco semper ponetur, quæ sequitur hic in ordine 24.

DOMINICA XXIV. POST PENTECOSTEN.

Ad Magnificat Antiphona.

Amen di-co vo - bis, qui-a non præter-i-bit ge-ne-ra - ti - o
hæc, donec o-mni-a fi-ant: cœ - lum et ter-ra transi - -
bunt, verba au-tem me - a non trans-ibunt, di - cit Dominus.
e u o u a e. 1.

ORATIO.

Excita, quæsumus, Domine, tuorum fidelium voluntates: ut divini operis fructum propensius exequentes; pietatis tua remedia majora percipient. Per Dominum.

PROPRIUM SANCTORUM.

FESTA NOVEMBRIS.

30. Nov. S. ANDRÆ, Apostoli. *Duplex 2. classis.*

In I. Vesperis.

Psalmi de I. Vesperis Apostolorum.

Ant. Salve, crux preti-o-sa, su-sci-pe di-sci-pulum e-jus, qui pe
pendit in te magister meus, Christus. e u o u a e. 7.
Ant. Be-a-tus Andreas o - rabat, dicens: Do - - mine, Rex æ
ter-næ glo - - ri-æ, su - scipe me pen-dentem in pa-tibulo.
e u o u a e. 8.
Ant. Andræ-as Chri-sti fa-mulus, dignus De-i Apostolus, ger
manus Pe-tri, et in passi - one so-ci-us. e u o u a e. 8.
Ant. Qui per-sequeban-tur justum, demersi-sti e - os, Domine,
in in-fer-no, et in li-gno cru-cis dux ju - sti fu - i - sti.
e u o u a e. 7.
Vesp. Monast.

Festa Novemboris. (30.)

Capitulum. Rom. 10.

Fratres: Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptura: Omnis qui credit in illum non confundetur. Deo gratias.

B. br. et *Hymnus de Comm. Apostolorum.*

V. In omnem terram exivit sonus eorum.

B. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnificat Antiphona.



ORATIO.

Majestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus: ut sicut Ecclesiae tuæ beatus Andreas Apostolus extitit prædicator et rector; ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dominum.

In II. Vesperis.


Omnia ut in I. Vesperis præter ea, quæ sequuntur.

Psalmi de II. Vesperis Apostolorum.


V. Annuntiaverunt opera Dei.

B. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Magnificat Antiphona.



Festa Decembris. (1.-4.)



FESTA DECEMBRIS.

1. Dec. S. JOSAPHAT, Episc. Polocensis, Mart. *Duplex.*

ORATIO.

Exita, quæsumus Domine, in Ecclesia tua spiritum, quo repletus beatus Josaphat Martyr et Pontifex tuus animam suam pro ovibus posuit: ut, eo intercedente, nos quoque eodem spiritu moti ac roborati; animam nostram pro fratribus ponere non vereamur. Per Dominum . . . in unitate ejusdem.

2. Dec. S. BIBIANÆ, Virg. Mart. *Semiduplex.*

ORATIO.

Dens, omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana, cum virginitatis flore martyrii palмam conjunxisti: mentes nostras ejus intercessione tibi charitate conjunge; ut, amotis periculis, præmia consequamur æterna. Per Dominum.

3. Dec. S. FRANCISCI XAVERII, Conf. *Duplex.*

ORATIO.

Dens, qui Indiarum gentes beati Francisci prædicatione et miraculis Ecclesiae tuæ aggregare voluisti: concede propitius; ut, cuius gloria merita veneramur, virtutum quoque imitemur exempla. Per Dominum.

4. Dec. S. PETRI CHRYSOLOGI, E. C. et Dr. *Duplex.*

In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

Dens, qui beatum Petrum Chrysologum, Doctorem egregium, divinitus præmonstratum, ad regendam et instruendam Ecclesiam tuam eligi voluisti: præsta, quæsumus; ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. Per Dominum.

164

Festa Decembris. (5.-8.)

Pro Commem. S. Barbaræ, Virg. et Mart. *Ant.* Veni Sponsa.
℣. Specie. *Oratio.* Deus, qui inter cetera. *de Comm.*

5. Dec. *Pro Commem.* S. Sabbæ, Abb. *Ant.* Similabo. ℣.
Amavit. *Oratio.* Intercessio. *de Comm.*

6. Dec. S. NICOLAI, Episc. et Conf. *Duplex.*

ORATIO.

Deus, qui beatum Nicolaum Pontificem innumeris decorasti miraculis: tribue, quæsumus; ut ejus meritis et precibus a gehennæ incendiis liberemur. Per Dominum.

7. Dec. S. AMBROSII, Episc. Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

Deus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Ambrosium ministrum tribuisti: præsta, quæsumus; ut quem Doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. Per Dominum.

VIII. DECEMBRIS.

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. M. V.

PATRONÆ FÖDERAT. PROV. SEPTENT. AMERICÆ.

Duplex 1. classis cum Octava.

In I. Vesperis.

Psalmi ut in Festis B. M. V. / 346

1. Ant. To-ta pulchra es Mari - a et macu-la o-ri-gi-na - lis
non est in te. e u o u a e. 1.

2. Ant. Vestimentum tu-um candidum qua-si nix, et fa - ci-es
tu - a si - cut sol. e u o u a e. 6.

Festa Decembris. (8.)

165

3. Ant. Tu glo-ri-a Je - - - ru-salem, tu læ-ti - ti-a Is - rael,
tu ho-no-ri-fi - cen - - ti-a po - puli no - stri. e u o u a e. 5.
4. Ant. Tra-he nos Virgo imma-cu-la - ta, post te cur-re-mus in
o - do - rem unguentorum tu-o-rum. e u o u a e. 4.

Capitulum. Prov. 8.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram. Deo gratias.

R. br. In hoc cogno - vi * Quoniam vo - lu - i - sti me. ℣. Quo-
ni-am non gaude-bit i - ni-mi-cus meus su-per me. 1.

Hymnus. Ave maris stella. *ut in Festis B. M. V.* / 346
℣. Immaculata Conceptio est hodie sanctæ Mariæ Virginis.
℟. Quæ serpentis caput virgineo pede contrivit.

Ad Magnificat Antiphona.

Be-a - - tam me di-cent omnes ge-ne-ra-ti - o-nes, qui - a
fe-cit mi-hi magna, qui potens est, alle - luja. e u o u a e. 6.

ORATIO.

Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, ut, qui ex morte ejusdem Filii tui prævisa eam ab omni labe præservasti; nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum.

In II. Vesperis.*Omnia ut in I. Vesperis præter sequentia.***V.** Immaculata Conceptio est hodie sanctæ Mariæ Virginis,**R.** Quæ serpentis caput virgineo pede contrivit.*Ad Magnificat Antiphona.*

Ho-di-e e - gressa est vir-ga de ra-di - ce Jes - se: ho-di-e
si - ne ul-la pecca-ti la-be con-cepta est Ma-ri - a: ho-di-e
con-tritum est ab e - a ca-put serpentis an-ti-qui, al-le-luja.
e u o u a e. 1.

Ad Completorium conclusio Hymni: Gloria tibi Domine, Qui
natus es de Virgine. *Infra Octavam omnia dicuntur ut in Festo.*

10. Dec. *Pro Commem.* S. Melchiadis, Papæ, Mart. *Ant.*
Iste Sanctus. **V.** Gloria. *Oratio.* Infirmitatem. *de Comm.*

11. Dec. S. DAMASI, Papæ, Conf. *Semiduplex.***ORATIO.**

Exaudi, Domine, preces nostras: et interveniente beato Da-
maso, Confessore atque Pontifice; indulgentiam nobis tribue
placatus et pacem. Per Dominum.

13. Dec. S. LUCIÆ, Virg. Mart. *Duplex.***In I. Vesperis.***Psalmi ut in Festis B. M. V. P. 346*

Ant. O - ran - - te sancta Lu-ci-a, ap-pa-ru-it e - i be-a-ta
Agatha, et conso-la-batur ancillam Christi. e u o u a e. 7.

Ant.

Luci-a vir-go, quid a me pe - tis, quod i-psa po-te-ris

præsta - re con-ti - nu-o ma - tri tu-æ? e u o u a e. 7.

Ant.

Per te, Lu - ci-a vir-go, ci - vitas Sy-ra-cu-sa-na de-co-

ra - - bi-tur a Domino Je-su Christo. e u o u a e. 8.

Ant.

So-ror me-a Lu-ci-a, vir-go De-o de - vo - ta, quid a me

pe - - - tis, quod i-psa po - - te-ris præsta-re con-ti - nu-o ma-

tri tu-æ? e u o u a e. 8.

*Capitulum, R. br. et Hymnus de Comm. Virginum.***V.** Specie tua et pulchritudine tua.**R.** Intende, prospere procede et regna.*Ad Magnificat Antiphona.*

In tu-a pa-ti - en - ti-a pos-se-di - sti a - nimam tuam, Lu-ci-a,

sponsa Christi: o - disti, quæ in mundo sunt, et co - ruseas cum

An-ge-lis: sanguine pro-pri-o i - nemicum vi-ci-sti.

e u o u a e. 1.

ORATIO.

Exaudi nos, Deus, salutaris noster: ut, sicut de beatæ Luciæ, Virginis et Martyris tuæ, festivitate gaudemus; ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.


In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis præter sequentia.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat Antiphona.



14. Dec. S. DOMINICI SILENSIS, Abbatis O. N. *Duplex.*

In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Dominici Confessoris tui præclaris vitæ meritis decorasti, et in liberandis captivis gloriōsis lœtificasti miraculis: concede nobis famulis tuis; ut et ipsius instruamur exemplis, et ab omni vitiorum servitute ejus patrocinio liberemur. Per Dominum.

15. Dec. OCT. IMMAC. CONCEPT. B. M. V. *Duplex.*

Omnia ut in Festo, pag. 164.

16. Dec. S. EUSEBII. Episc. Mart. *Semiduplex.*

Oratio. Deus, qui nos. ut in Comm.

18. Dec. EXPECTATIONIS PARTUS B. M. V. *Dupl. maj.*

In I. Vesperis.

Psalmi ut in Festis B. M. V. P. 346



2 Ant. Ave, Ma-ri - a, gra-ti-a plena: Dominus te-cum: bene-die-ta tu in mu-li-e-ribus, al-le-luja. e u o u a e. 1.

3 Ant. Ne ti - me-as. Ma-ri - a: in-ve-ni-sti gra - - - ti-am apud Do-minum: ecce con-ci - - pi-es et pa - ri-es fi-li-um, al-le - lu-ja. e u o u a e. 8.

4 Ant. Ec-ce an - cil - la Do-mi-ni. fi - at mi - hi secundum ver-bum tuum. e u o u a e. 8.

Capitulum. Isaiae. 11.

Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescat super eum Spiritus Domini. Deo gratias.




¶ V. A-pe-ri - a-tur ter-ra. et ger-minet Sal-va - to-rem. 1.


Hymnus. Conditor alme. pag. 41.

V. Ave, Maria, gratia plena.

R. Dominus tecum.

Ad Magnificat Antiphona.





ORATIO.


Deus, qui de beatae Mariae Virginis utero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: praesta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genetricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dominum.

Hymnus Completorii terminatur: Laus, honor, virtus, gloria Deo Patri et Filio, Sancto simul Paracelito, In sacerdorum sacula.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis prater Ant. 4.. cuius loco dicitur: De fructu. et Ps. Memento. pag. 59.

Ad Magnificat Antiphona.



21. Dec. S. THOME, Apostoli. *Duplex 2. classis.*

In utrisque Vesperis ad Magnificat Antiphona.



ORATIO.

Dan obis, quæsumus, Domine, beati Apostoli tui Thomae solemnitatibus gloriari: ut ejus semper et patrocinis suble-vemur; et fidem congrua devotione sectemur. Per Dominum.

FESTA JANUARI.

11. Jan. *Pro Commem.* S. Hygini, Papæ, Mart. *Ant.* Iste Sanctus. *V.* Gloria. *Oratio.* Infirmitatem. *de Comm.*

12. Jan. *Pro Commem.* S. Benedicti. Abbatis O. N. *Ant.* Similabo. *V.* Amavit eum.

ORATIO.

Deus, cujus virtute beatus Benedictus, Confessor tuns, contra mundi illecebras viriliter decertavit in terris: concede pro-pitius; ut ejus exempla sectantes, cum ipso coronari mereamur in cœlis. Per Dominum.

14. Jan. S. PETRI URSEOLI, Conf. *Duplex.*

In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

Deus, qui beatum Petrum ducem cœlesti regno terrenum postponere docuisti: da nobis quæsumus; ejus intercessione et exemplo terrena despicere atque æterna sectari. Per Dom.

Pro Commem. S. Felicis, Presb. et Mart. *Ant.* Iste Sanctus. *V.* Gloria.

ORATIO.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent; quatenus quo-rum solemnia agimus, etiam actus imitemur. Per Dominum.

15. Jan. S. MAURI, ABBATIS O. N. *Duplex 2. classis.*

ORATIO.

Deus, qui beatum Maurum Abbatem ad imitandum obedi-entiae exemplum sicco pede super aquas ambulare fecisti: concede, ut et virtutem ipsius implere documenta; et præmiorum obtinere consortia mereamur. Per Dominum.

16. Jan. S. MARCELLI, Papæ et Mart. *Semiduplex.*

ORATIO.

Preces populi tui, quæsumus, Domine, clementer exaudi: ut beati Marcelli, Martyris tui atque Pontificis, meritis adju-vemur; cujus passione lætamur. Per Dominum.

17. Jan. S. ANTONII. Abbatis. *Duplex.*


Oratio. Intercessio. de Comm.

18. Jan. CATHEDRÆ S. PETRI ROMÆ. *Duplex majus.*


In I. Vesperis.

Omnia de Comm. Conf. Pont. præter sequentia.


Hymnus.




1. Quodcumque vin-clis su-per terram strinxeris, E-rit in a - stris
2. Glo - ri - a Pa - tri per immensa sæ - cu-la, Sit ti - bi, Na-te,



1. re-li - gatum fortiter, Et quod re-sol - vis in ter-ris ar - bitri-o,
2. decus et im-pe-rium, Honor. po-te - stas Sanctoque Spiri-tu-i:



1. E-rit so - lu-tum super cœ-li ra - dium: In fi-ne mun - di
2. Sit Tri-ni - ta - ti sa - lus in - di-vi - du - a, Per in-fi - ni - - ta




1. judex e - ris sæ - cu-li. 4.
2. sæ-cu-lorum sæ - cu-la.


℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Ad Magnificat Antiphona.



Tu es pastor o - - vium, princeps A - po-sto - lo - rum, ti - bi tra-



di-tæ sunt cla-ves regni cœ-lorum. e u o u a e. 1.

ORATIO.

Deus, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cœlestis, ligandi atque solvendi Pontificium tradidisti: concede; ut intercessionis ejus auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis et regnas.

Pro Commem. S. Pauli.

Ant.

Sancte Paule A - po - - stole, præ-di - ca-tor ve - ri-ta-tis

Ant.

et Doctor gen-ti-um, interce-de pro nobis ad Deum, qui te

Ant.

e - le - git. 8.

℣. Tu es vas electionis, sancte Paule Apostle.

℟. Prædictor veritatis in universo mundo.

ORATIO.

Deus, qui multitudinem gentium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis, quæsumus; ut cuius commemorationem colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Pro Commem. S. Priscæ, Virg. Mart. Ant. Veni Sponsa. ℣.
Specie tua.

ORATIO.

DA, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui beatæ Priscæ, Virginis et Martyris tuæ natalitia colimus; et annua solemnitate lætemur, et tantæ fidei proficiamus exemplo. Per Dom.

In II. Vesperis.
Omnia ut in II. Vesperis de Comm. Conf. Pont. præter sequentia.

Hymnus. Quodcumque vincis. ut in I. Vesperis.

℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Ad Magnificat Ant. Dum esset. de Comm. Conf. Pont.
Deinde fit Commem. S. Pauli. ut supra.

19. Jan. S. AGATHONIS, Papæ et Conf. *Duplex.*

ORATIO.

Pateant aures misericordiae tuæ Domine precibus supplicantium: et continuis tribulationibus laborantes; intercedente beato Agathone, Confessore tuo atque Pontifice, propitius respirare concede. Per Dominum.

Pro Commem. SS. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum,
Mart. *Ant.* Istorum est. **V.** Lætamini.

ORATIO.

Exaudi, Domine, populum tuum, cum Sanctorum tuorum patrocinio supplicantem: ut et temporalis vite nos tribuas pace gaudere; et æternæ reperire subsidium. Per Dominum.

20. Jan. SS. FABIANI ET SEBASTIANI, Mart. *Duplex.*

ORATIO.

Infirmatem nostram respice omnipotens Deus: et quia pondus propriæ actionis gravat; beatorum Martyrum tuorum Fabiani et Sebastiani intercessio gloria nos protegat. Per Dominum.

21. Jan. S. AGNETIS, Virg. et Mart. *Duplex.*

In I. Vesperis.
Psalmi de Dominica.

1. *Ant.* In-gressa Agnes turpi-tu-di-nis locum. Angelum Do-mini præparatum in-venit. e u o u a e. 7.

2. *Ant.* Mecum e-nim ha-be-o custodem corpo-ris me-i, Angelum Domini. e u o u a e. 7.

3. *Ant.* An-nu-lo su-o subarrhavit me Do-mi-nus meus, Je-sus Christus, et tamquam sponsam decoravit me corona. e u o u a e. 7.

4. *Ant.* Congau-de-te mecum et congra-tu-la-mi-ni, qui-a cum his

omni-bus lu-cidas sedes acce-pi. e u o u a e. 8.

Capitulum. Ecclesi. 51.

Confitebor tibi, Domine Rex, et collaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione. Deo gratias.

R. br. et Hymnus de Comm. Virginum.

V. Specie tua et pulchritudine tua.

R. Intende, prospere procede et regna.

Ad Magnificat Antiphona.

Be-a - ta Agnes in me-di-o flamarum, expan-sis manibus,
o - - rabat: Te de-precor omnipotens, a-do-rande, co - lende,
Pa-ter metu-en - - - de, qui-a per Sanctum Filium tu - - um
e - va - si mi - nas sa - cri - le-gi ty-ran-ni, et car-nis spurei - ti-as
immacu-la - to cal-le transivi: et ec - ce ve - - ni - o ad te.
quem a - ma - vi, quem quæsi - vi, quem semper o - - pta - vi.
e u o u a e. 8.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitius; ut qui beatæ Agnetis Virginis et Martyris tuæ solemnia colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

In II. Vesperis.*Omnia ut in I. Vesperis præter sequentia..**Ps. Dixit Dominus. pag. 1. Ps. Beatus vir. pag. 2. Ps. Laudate pueri. pag. 3.**Psalmus 126.*

Nisi Dominus ædificaverit do- Cum dederit dilectis suis som-
num: * in vanum labora-num: * ecce hæreditas Domini,
verunt, qui ædificant eam: filii. merces fructus ventris.

Nisi Dominus custodierit civi- Sicut sagittæ in manu poten-
tatem: * frustra vigilat, qui cu-tis: * ita filii excusorum.
stodit eam.

Vanum est vobis ante lucem derium suum ex ipsis: * non
surgere: * surgite postquam se-confundetur, cum loquetur ini-
deritis, qui manducatis panem mīcis suis in porta.
doloris:

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.**B.** Propterea benedixit te Deus in æternum.*Ad Magnificat Antiphona.*

Stans be-a-ta A-gnes in me-di-o flammæ, ex-pansis
ma-nib-us, o-ra-bat ad Dominum: Omni-potens,
adorande, co-len-de, tre-mende, bene-di-co te,
et glori-fico no-men tu-um in æ-ternum. e u o u a e. 1.

22. Jan. SS. VINCENTII ET ANASTASII. Mart. Semidupl.**ORATIO.**

A Desto, Domine. supplicationibus nostris: ut, qui ex iniquitate
nostra reos nos esse cognoscimus; beatorum Martyrum
tuorum Vincentii et Anastasii intercessione liberemur. Per
Dominum.

23. Jan. DESPONSATIONIS B. M. V. Duplex majus.**In I. Vesperis.***Psalmi ut in Festis B. M. V. P. 34*

Ant. Despon-sa-ti-o glo-ri-o-sæ Virgi-nis Ma-ri-æ, ex se-
mine A-brahæ, or-tæ de tri-bu Ju-da, cla-ra ex stirpe
Da-vid. e u o u a e. 8.

2 Ant. De-sponsati-o est ho-di-e sanctæ Mari-æ Virginis, cuius
vi-ta in-ely-ta cunctas illustrat Eccle-si-as. e u o u a e. 7.

3 Ant. Re-ga-li ex progeni-e Ma-ri-a ex-or-ta re-fulget;
cuius pre-cibus nos adju-va-ri mente et spi-ri-tu de-
vo-tis-si-me po-scimus. e u o u a e. 6.

4 Ant. Cum jucundi-ta-te Desponsa-ti-onem be-a-tæ Mari-æ
ce-le-bremus, ut i-psa pro nobis inter-cedat ad Dominum Jesum
Christum. e u o u a e. 7.

*Capitulum, B. br. et Hymnus ut in Festis B. M. V.***V.** Desponsatio est hodie sanctæ Mariæ Virginis.**R.** Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesiás.

Vesp. Monast.

Ad Magnificat Antiphona.

Glo-ri-o - - sæ Vir-gi-nis Ma - ri - æ Desponsa-ti-o - nem dignis -
simam re-co-lamus, quæ et Ge-ni - tri - eis digni-tatem obti - -
nuit, et virginale pu-dici-ti-am non a-misit. e u o u a e. 1.

ORATIO.

Familis tuis, quæsumus Domine, cœlestis gratiæ munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium; Desponsationis ejus votiva solemnitas pacis tribuat incrementum. Per Dominum.

Pro Commem. S. Joseph, ubi est concessa, ante alias quas cumque Commem. etiam Festi dupl. aut Dominicæ. *Ant.* Exurgens Joseph. *V.* Constituit. *ut in I. Vesperis 19. Martii.*

ORATIO.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur: ut quod possilitas nostra non obtinet; ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis et regnas.

Pro Commem. S. Emerentianæ, Virg. et Mart. *Ant.* Veni Sponsa. *V.* Specie. *Oratio.* Indulgentiam. *de Comm.*

Ad Completorium conclusio Hymni: Gloria . . . qui natus es.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis præter sequentia.

Ad Magnificat Antiphona.

Desponsa - ti - o tu - - a, De - i Ge - nitrix Virgo gaudium an -
nunti - a - - vit u - ni - ver - so mundo: ex te e - nim ortus est
sol ju - sti - - ti - æ, Christus Deus noster: qui solvens male -

dieti - o - - nem, dedit bene-di-cti - onem, et confundens mortem,
do - - navit no - - bis vitam semi - ternam. e u o u a e. 1.

Pro Commem. S. Joseph. *Ant.* Ecce fidelis. *V.* Gloria. *pag. 28.*
Oratio. Sanctissimæ. *ut supra.*

24. Jan. S. TIMOTHEI, Episc. et Mart. *Duplex.*
Oratio. Infirmitatem. *de Comm.*

25. Jan. IN CONVERSIONE S. PAULI, Apost. *Dupl. majus.*

In I. Vesperis.
Psalmi de I. Vesperis Apostolorum. P. 305

1. *Ant.* E - go planta - vi, A - pol - lo ri - ga - vit; De - us au - tem
incrementum de - dit, al - le - lu - ja. *Post Septuag.* incrementum dedit.
e u o u a e. 8.

2. *Ant.* Li - benter glori - a - bor in in - firmi - ta - tibus me - is, ut in -
habi - tet in me vir - tus Christi. e u o u a e. 8.

3. *Ant.* Gra - ti - a De - i in me va - cu - a non fu - it; sed gra - ti - a
e - - jus semper in me manet. e u o u a e. 4.

4. *Ant.* Ter vir - gis cæ - sus sum, semel la - pi - da - tus sum, ter naufra -
gium per - tu - li pro Christi nomine. e u o u a e. 8.

Capitulum. Act. 9.


Saulus, adhuc spirans minarum et cædis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, et petiit ab eo epistolas in Damasum ad synagogas: ut, si quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, vinclitos perduceret in Jerusalem. Deo gratias.

R. br. 

Constitu - es e - os principes * Su-per omnem terram.


V. Memores e - runt nominis tu - i Domi-ne. I.

Hymnus.


1. Doctor e - gre - gi-e, Paule mo-res instrue, Et mente po - lum
 2. Sit Trini - ta - - - ti sem-pi-ter-na glori-a, Honor, po - te-stas,

 1. nos transferre satage, Donec per - fectum largi-a-tur pleni-us,
 2. at - que ju-bi-la-ti-o, In u - ni - - ta - te, cui manet imperium

 1. E - va - eu - a-to quod ex parte ge - rimus. 4.
 2. Ex tunc et modo per æ-ter-na sæ - eu - la.

V. Tu es vas electionis, sancte Paule Apostole.

R. Prædicator veritatis in universo mundo.

Ad Magnificat Antiphona.



Va-de, Ana-ni - - a, et quæ-re Saulum: ec-ce e - nim o-rat:
 qui-a vas e - lecti - o-nis est mi-hi, ut por-tet no-men meum
 coram gen-tibus et re - gi-bus, et fi - li-is I - - sra - el.
 e u ou a e. 7.

ORATIO.

D Eus, qui universum mundum beati Pauli Apostoli prædicacione docuisti: da nobis, quæsumus; ut qui ejus hodie Conversionem colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.


Pro Commem. S. Petri, Apostoli. Ant. Tu es pastor. V. Tu es Petrus. Oratio. Deus, qui beato. pag. 172.



In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis præter sequentia.

Psalmi de II. Vesperis Apostolorum. P. 308.

Ad Magnificat Antiphona.

Ant. 

Sancte Paule A - po - stole, præ-di - ca-tor ve - ri-ta-tis

 et Doctor gen-ti-um, interce-de pro nobis ad Deum, qui te

 e-le-git. e u o u a e. 8.

Oratio. Deus qui universum. ut supra.

Commem. S. Petri ut in I. Vesperis.

26. Jan. S. POLYCARPI, Episc. Mart. Duplex.

Oratio. Deus qui nos. de Comm.

27. Jan. S. JOANNIS CHRYSOST., E. C. et Dr. Duplex.


In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

E Cclesiam tuam, quæsumus, Domine: gratia cœlestis amplifiet; quam beati Joannis Chrysostomi, Confessoris tui atque Pontificis, illustrare voluisti gloriose meritis et doctrinis. Per Dominum.

28. Jan. S. PAULI, primi Eremitæ, Conf. Duplex.

Oratio. Deus qui nos. de Comm.

Pro Commem. S. Agnetis secundo.

Stans a dextris e - - jus a - gnu s ni - ve can-di - di - or,

Christus si - bi sponsam et martyrem conse - cravit. 1.

¶. Specie tua et pulchritudine tua.

R. Intende, prospere procede et regna.

ORATIO.

Deus, qui nos annua beatæ Agnetis Virginis et Martyris tuæ solemnitate lætificas: da, quæsumus; ut quam veneramur officio, etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per Dom.

29. Jan. S. FRANCISCI SALESII, E. C. et Eccl. Dr. *Duplex.*

In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

Deus, qui ad animarum salutem beatum Franciscum Confesorem tuum atque Pontificem, omnibus omnia factum esse voluisti: concede propitius; ut charitatis tuæ dulcedine perfusi, ejus dirigentibus monitis, ac suffragantibus meritis, æterna gaudia consequamur. Per Dominum.

30. Jan. S. ADELELMI, Abbatis. *Duplex.*

ORATIO.

Deus, qui nos beati Adelelmi Abbatis præclaris virtutum exemplis erudire voluisti: concede propitius; ut, quod te donante devote promisimus, ejusdem patrocinio fideliter adimplere valeamus. Per Dominum.

31. Jan. S. PETRI NOLASCI, Conf. *Duplex.*

In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

Deus, qui in tuæ charitatis exemplum, ad fidelium redemptiōnem sanctum Petrum Ecclesiam tuam nova prole fœcundare divinitus docuisti: ipsius nobis intercessione concede; a peccati servitute solutis, in cœlesti patria perpetua libertate gaudere. Qui vivis et regnas.

FESTA FEBRUARII.

1. Feb. S. IGNATII, Episc. Mart. *Duplex.*

Oratio. Infirmitatem. *de Comm.*

2. Feb. PURIFICATIONIS B. M. V. *Dupl. 2. classis.*

In I. Vesperis.

Psalmi ut in Festis B. M. V. P. 346

Ant. O admirabile commercium. *cum reliquis ut in I. Vesperris Circumcisionis, pag. 67.*

Capitulum. Malach. 3.


Ecce ego mitto Angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam; et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos quæritis, et Angelus testamenti, quem vos vultis. Deo gratias.

B. br. et *Hymnus ut in Festis B. M. V.*

¶. Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto.




B. Non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini.

Ad Magnificat Antiphona.

**ORATIO.**

O Mnipotens sempiterne Deus, majestatem tuam suppliciter exoramus: ut sicut Unigenitus Filius tuus hodierna die cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus; ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari. Per eundem Dominum.

Hymnus Completorii terminatur: Gloria . . qui natus.

In II. Vesperis.*Psalmi ut in Festis B. M. V.P.346*

Capitulum: Ecce ego mitto. *ut in I. Vesperis.* B. br. et
Hymnus ut in Festis B. M. V.

V. Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto.

B. Non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini.

Ad Magnificat Antiphona.



su-as, et bene-di-xit De-um in æternum. e u o u a e. 8.

3. Feb. S. ILDEFONSI, Episc. Conf. *Duplex.*

ORATIO.

D Eus, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem beatum Ildefonsum, Confessorem tuum atque Pontificem, misso de thesauris cœlestibus munere, decorasti: concede propitius; ut per ejus preces et merita munera capiamus æterna. Per eundem Dominum.

Pro Commem. S. Blasii, Episc. Mart. *Ant.* Iste Sanctus. **V.**
Gloria. *Oratio.* Deus, qui nos. *de Comm.*

4. Feb. S. ANDREÆ CORSINI, Episc. Conf. *Duplex.*

*In Hymno mutatur tertius versus.***ORATIO.**

D Eus, qui in Ecclesia tua nova semper instauras exempla virtutum: da populo tuo beati Andreæ. Confessoris tui atque Pontificis, ita sequi vestigia; ut assequatur et præmia. Per Dom.

5. Feb. S. AGATHÆ. Virg. Mart. *Duplex.*

In I. Vesperis.
Psalmi de Dominica.



mo-ne restaurat u-ni-versa. e u o u a e. 1.
 Ant. Grati-as tibi ag-o, Domine Jesu Christe, qui-a memor
 es me-i, et mi-si-sti ad me Apostolum tuum cu-ra-re vulne-ra
 me-a. e u o u a e. 7.
 Ant. Qui me dignatus est ab omni plaga cu-ra-re, et mamillam
 me-am me-o pecto-ri re-sti-tu-e-re, ipsum in---vo-co
 Deum vi-vum. e u o u a e. 7.

Capitulum. Eccli. 51.

Confitebor tibi, Domine Rex, et collaudabo te Deum Salvatorem
meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adjutor et protector
factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione. Deo gratias.

B. br. et Hymnus de Comm. Virginum.

V. Specie tua et pulchritudine tua.

B. Intende, prospere procede, et regna.

P. Ad Magnificat Antiphona.

Stans be-a-ta A - gatha in medi-o car -- ce-ris, ex - pansi
 ma-nibus, o - ra-bat ad Dominum: Domine Je-su Christe,
 ma - gi-ster bo-ne, gra-ti - as ti - bi ago, qui me fecisti

vin -- cere tormenta carni - ficium ju-be me, Do - - mi-ne,
 ad tu - am im-marce-scibilem glo - - ri - am fe - li-citer per-
 ve - ni-re. e u o u a e. 1.

Oratio. Deus, qui inter cetera. de Comm.

In II. Vesperis.

Ps. Dixit Dominus. pag. 1. Ps. Beatus vir. pag. 2. Ps.
Laudate pueri. pag. 3. Ps. Nisi Dominus. pag. 176.

Antiphonæ et Capitulum ut in I. Vesperis.

B. br. et Hymnus de Comm. Virginum.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

B. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat Ant. Stans beata Agatha. ut in I. Vesperis.

6. Feb. S. LAURENTII, Episc. et Conf. Duplex.

In Hymno mutatur tertius versus.

Oratio. Da, quæsumus. de Comm.

Pro Commem. S. Dorotheæ, Virg. et Mart. Ant. Veni Sponsa.

V. Specie tua. Oratio. Indulgentiam. de Comm.

7. Feb. S. ROMUALDI, Abbatis. Duplex.

In Hymno mutatur tertius versus.

Oratio. Intercessio. de Comm.

8. Feb. S. JOANNIS DE MATHA, Conf. Duplex.

In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

Deus, qui per sanctum Joannem Ordinem Sanctissimæ Trinitatis ad redimendum de potestate Saracenorum captivos cœlitus instituere dignatus es: præsta, quæsumus; ut ejus suffragantibus meritis, a captivitate corporis et animæ, te adjuvante, liberemur. Per Dominum.

Festa Februarii. (9.-11.)

9. Feb. S. HILARII, Episc. Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In Hymno mutatur tertius versus.

Oratio. Deus, qui populo. *de Comm.*

Pro Commem. S. Apolloniæ, Virg. et Mart. *Ant.* Veni Sponsa.

¶. Specie tua. *Oratio.* Deus, qui inter cetera. *de Comm.*

X. FEBRUARII.

S. SCHOLASTICÆ,

VIRGINIS ET SORORIS SS. PATRIS NOSTRI.

Duplex 2. classis cum Octava.


In utrisque Vesperis.

Omnia de Comm. Virginum præter sequentia.

¶. Quæ est ista, quæ ut nubes volat?

B. Et quasi columba ad fenestras suas?

Ad Magnificat Antiphona.



ORATIO.

D^Eus, qui animam beatæ Virginis tuæ Scholasticæ, ad ostendendam innocentiae viam, in columbæ specie cœlum penetrare fecisti: da nobis ejus meritis et precibus ita innocenter vivere; ut ad æterna mereamur gaudia pervenire. Per Dom.

Infra Octavam omnia dicuntur ut in Festo.

11. Feb. S. TITI, Episc. Conf. *Duplex.*

In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

D^Eus, qui beatum Titum, Confessorem tuum atque Pontificem, apostolicis virtutibus decorasti: ejus meritis et intercessione concede; ut juste et pie viventes in hoc sæculo, ad cœlestem patriam pervenire mereamur. Per Dominum.

Festa Februarii. (12.-18.)

189

12. Feb. S. CYRILLI, E. Alexandrini, C. et E. Dr. *Duplex.*

In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

D^Eus, qui beatum Cyriillum Confessorem tuum atque Pontificem divinæ maternitatis beatissimæ Virginis Mariæ assertorem invictum effecisti: concede, ipso intercedente; ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, materna ejusdem protectione salvemur. Per eundem Dominum.

13. Feb. S. GREGORII II., Papæ, Conf. *Duplex.*

ORATIO.

D^Eus, qui beatum Gregorium Confessorem tuum atque Pontificem, fidei defensorem et apostolicæ sapientiae ac firmitatis exemplum in Ecclesia tua constitui: largire nobis, quæsumus; ut omnia adversa pro nominis tui gloria humili corde sustinentes, æternitatis gloriam consequamur. Per Dominum.

14. Feb. *Pro Commem.* S. Valentini, Presb. et Mart. *Ant.*
Iste Sanctus. ¶. Gloria.

ORATIO.

P^Raesta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui beati Valentini Martyris tui natalitia colimus; a cunctis malis imminentibus, ejus intercessione liberemur. Per Dominum.

15. Feb. *Pro Commem.* SS. Faustini et Jovitæ, Mart. *Ant.*
Istorum. ¶. Lætamini. *Oratio.* Deus, qui nos annua. *de Comm.*

17. Feb. OCTAVA S. SCHOLASTICÆ. *Duplex.*

Omnia ut in Festo.

18. Feb. S. HELLADII, Episc. Conf. *Duplex.*

ORATIO.

D^Eus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Helladium ministrum concessisti: præsta, quæsumus; ut, qui executor mandatorum tuorum extitit in terris, intercessor noster semper esse dignetur in cœlis. Per Dominum.

Pro Commem. S. Simeonis, Episc. et Mart. *Ant.* Iste Sanctus.
¶. Gloria. *Oratio.* Infirmitatem. *de Comm.*

190

Festa Februarii. (20.-25.)

20. Feb. S. CANUTI, Regis et Mart. *Semiduplex ad libitum.*
ORATIO.

Deus, qui ad illustrandam Ecclesiam tuam beatum Canutum Danorum Regem martyrii palma, et gloriose miraculis decorare dignatus es: concede propitius; ut sicut ipse dominice passionis imitator fuit, ita nos per ejus vestigia gradientes, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Per eundem Dom.

21. Feb. S. RAYMUNDI DE PENNAFORTE, C. *Semid.*
In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

Deus, qui beatum Raymundum pœnitentiæ sacramenti insigne ministrum elegisti, et per maris undas mirabiliter traduxisti: concede; ut ejus intercessione dignos pœnitentiæ fructus facere, et ad æternæ salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum.

22. Feb. IN CATHEDRA S. PETRI ANTIOCH. *Dpl. maj.*
Omnia ut in Cathedra Romæ, pag. 172. omissa Commem.
S. Priscæ.

23. Feb. S. PETRI DAMIANI, E. C. et Eccl. D. *Duplex.*
In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

Concede nos, quæsumus, omnipotens Deus, beati Petri Confessoris tui atque Pontificis monita et exempla sectari; ut per terrenium rerum contemptum æterna gaudia consequamur. Per Dominum.

24. vel 25. Feb. S. MATHIÆ, Apostoli. *Duplex 2. classis.*


ORATIO.

Deus, qui beatum Mathiam Apostolorum tuorum Collegio sociasti: tribue, quæsumus; ut ejus interventione, tuæ circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per Dominum.

26. vel 27. Feb. S. MARTINÆ, Virg. et Mart. *Semiduplex.*

In utrisque Vesperis.
Omnia de Comm. præter sequentia.

Hymnus.

- 
1. Mar-ti-næ ce-lebri plaudi-te no-mi-ni Ci-ve-s Ro-mu-le-i,
 2. Hæc dum conspicuis or-ta pa-renti-bus, In-ter de-li-ci-as,
 3. Vi-tæ de-spiciens commoda, de-di-cat Se rerum Domino et
 4. A no-bis a-bi-gas lu-bri-ca gau-di-a, Tu qui marty-ri-bus
 1. plau-di-te glo-ri-æ: In-signem me-ri-tis di-ci-te vir-ginem,
 2. in-ter a-ma-bi-les Luxus il-le-cebras di-tibus af-flu-it,
 3. mu-ni-fi-ca ma-nu Christi paupe-ri-bus distribu-ens op-es,
 4. dex-ter a-des, De-us Une et Trine, tu-is da famu-lis jubar.
 1. Chri-sti di-ci-te martyrem. 3.
 2. Fau-stæ mu-ne-ri-bus domus.
 3. Quæ-rit præ-mi-a cœ-litum.
 4. Quo clemens a-ni-mos be-as.

Oratio. Deus, qui inter cetera. de Comm.

27. vel 28. Feb. S. LEANDRI, E. C. et Eccl. Dr. *Duplex.*

ORATIO.

Deus, qui Arianam pravitatem beati Leandri Confessoris tui atque Pontificis doctrina et meritis ab Hispania repulisti: da plebi tuæ; ut ejus intercessione ab omni errorum ac vitiorum labore semper liberi conservemur. Per Dominum.

FESTA MARTII.

1. Mart. S. RUDESINDI, Episc. Conf. *Duplex.*

ORATIO.

Propitiare, quæsumus Domine, nobis famulis tuis per sancti Confessoris tui atque Pontificis Rudesindi merita gloria: ut ejus pia intercessione; ab omnibus semper protegamus adversis. Per Dominum.

2. Mart. S. SUITBERTI, Episc. Conf. *Duplex.*

ORATIO.

Exaudi, quæsumus Domine, preces nostras; et intercedente beato Suitberto Confessore tuo atque Pontifice; supplicationes nostras placatus intende. Per Dominum.

3. Mart. S. ANSELMI. Abbatis. *Duplex.**In Hymno mutatur tertius versus.**Oratio. Intercessio. de Comm.*4. Mart. S. CASIMIRI, Conf. *Semiduplex.*

ORATIO.

Deus, qui inter regales delicias et mundi illecebras, sanctum Casimirum virtute constantiæ roborasti: quæsumus; ut ejus intercessione fideles tui terrena despiciant, et ad cœlestia semper adspirent. Per Dominum.

*Pro Commem. S. Lueii, Papæ et Mart. Ant. Iste Sanctus.**V. Gloria. Oratio. Deus, qui nos. de Comm.*5. Mart. S. CHUNEGUNDIS, Virg. *Duplex.*

ORATIO.

Deus, qui beatæ Chunegundi Virgini tuæ terrena despicere, et ad cœlestis imperii culmen anhelare tribuisti: concede quæsumus; ut ejus imitatione, calcatis mundi illecebris, ad gaudia æterna securi pervenire valeamus. Per Dominum.

6. Mart. S. JOANNÆ MARIAE BONOMO, Virg. *Duplex.*

ORATIO.

Domine Jésu Christe, virtutum omnium exemplar et præmium. qui beatam Joannam Mariam Virginem tuam admirabili patientia pro Nominis tui amore decorasti: da populo tuo ejus solemnia celebranti ita sequi vestigia; ut assequatur et præmia. Qui vivis et regnas.

7. Mart. S. THOMÆ AQUINATIS, C. et Eccl. Dr. *Duplex.*

ORATIO.

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Thomæ Confessoris tui mira eruditione clarificas, et sancta operatione fœcundas: da nobis, quæsumus; et, quæ docuit, intellectu conspicere, et quæ egit, imitatione complere. Per Dominum.

Pro Commem. SS. Perpetuæ et Felicitatis, Mart.

Ant.

I-sta - rum est e-nim regnum cœlorum quæ contempserunt vitam mundi, et per-ve-nerunt ad præ-mi-a regni, et la-verunt stolas su-as in san - - guine Agni. 8.

*V. Gloria et honore coronasti eas, Domine.**B. Et constituisti eas super opera manuum tuarum.*

ORATIO.

Da nobis, quæsumus, Domine, Deus noster: sanctarum Martyrum tuarum Perpetuæ et Felicitatis palmas incessibili devotione venerari: ut, quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentius obsequiis. Per Dominum.

8. Mart. S. VEREMUNDI. Abbatis. *Duplex.**Oratio. Intercessio. de Comm.*9. Mart. S. FRANCISCÆ ROMANÆ, Viduæ. *Duplex.*

ORATIO.

Deus, qui beatam Franciscam famulam tuam, inter cetera gratiæ tuæ dona, familiari Angeli consuetudine decorasti: concede, quæsumus; ut intercessionis ejus auxilio, Angelorum consortium consequi mereamur. Per Dominum.

10. Mart. SS. QUADRAGINTA MARTYRUM. *Semiduplex.*

ORATIO.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominum.

11. Mart. S. VINCENTII, Abb. et Mart. *Duplex.*

ORATIO.

Preces populi tui, quæsumus Domine, clementer exaudi: ut beati Vincentii Martyris tui atque Abbatis meritis adjuvemur; cuius passione lætamur. Per Dominum.

Vesp. Monast.

Pro Commem. S. Eulogii, Mart. *Ant.* Qui odit. *V.* Justus.
Oratio. Præsta, quæsumus, omnipotens. *de Comm.*

12. Mart. S. GREGORII MAGNI, P. C. et Dr. *Duplex majus.*
ORATIO.

D^Eus, qui animæ famuli tui, Gregorii, æternæ beatitudinis præmia contulisti: concede propitiis, ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur; ejus apud te precibus sublevemur. Per Dominum.

13. Mart. S. RAMIRI ET SOCIORUM, Mart. *Duplex.*
ORATIO.

D^Eus, qui nos concedis sanctorum Martyrum tuorum Ramiri et Sociorum ejus natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine; de eorum societate gaudere. Per Dominum.

14. Mart. S. JOANNIS DE DEO, Conf. *Duplex.*
ORATIO.

D^Eus, qui beatum Joannem tuo amore succensem, inter flamas innoxium incedere fecisti, et per eum Ecclesiam tuam nova prole fœcundasti: præsta, ipsius suffragantibus meritis; ut igne charitatis tuæ vitia nostra curentur, et remedia nobis æterna proveniant. Per Dominum.

17. Mart. S. PATRITII, Episc. Conf. *Duplex.*
ORATIO.

D^Eus, qui ad prædicandam gentibus gloriam tuam beatum Patritium Confessorem atque Pontificem mittere dignatus es: ejus meritis, et intercessione concede: ut, quæ nobis agenda præcipis, te miserante adimplere possimus. Per Dominum.

18. Mart. S. GABRIELIS, Archangeli. *Duplex majus.*

In I. Vesperis.
Psalmi de Dominica.

Ant.

In-gresso Zacha-ri - a templum Domi-ni, ap-pa - ru-it
e - - - i Gabri-el An-ge-lus, stans a dextris al - ta - - -

ris in - cen-si. e u o u a e. 8.

2 Ant.

A-it autem Au - gelus: Ne ti - - me-as, Za-cha-ri - a,
quo-ni-am ex - au-ditā est depre-ca-ti-o tu-a. eu ou a e. 1.

3 Ant.

E - go sum Ga-bri-el An-gelus, qui a - sto an-te De-um,
et mis-sus sum lo - qui ad te. e u o u a e. 8.

4 Ant.

Di-xit autem Ma-ri - a ad Angelu.m: Quomodo fiet i-stud,
quo-ni-am vi-rum non cogno-sco? Et respondens Gabriel An-
gelus, di-xit e - - i: Spi-ritus Sanctus superve - ni-et in te, et
vir-tus Al - tis - si-mi ob - umbra-bit ti-bi. e u o u a e. 2.


Capitulum. Dan. 9.

Ecce vir Gabriel, quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. Et docuit me, et locutus est mihi, dixitque: Daniel. nunc egressus sum, ut docerem te, et intelligeres. Deo gratias.


R. br.

Ascendit fumus a - romatum* In conspectu Do-mini.


V. De ma-nu Ange - li. 1.

Tempore Paschali.

V. In conspectu Domini, de ma-nu Angeli. 2.

Hymnus.

1. Scande-re cœlum. 2.
 2. Vi - se - ré nostrum.
 3. Con - ci - o to - ta.
 4. Glo-ri - a mundo.

V. Stetit Angelus juxta aram templi.
B. Habens thuribulum aureum in manu sua.*Ad Magnificat Antiphona.***ORATIO.**


